



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum humani actus prouidentia regantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

tatem reducitur, similiter, & nullus bonus ordinat aliquid in malum, sed potius ordinat in bonum.

In corp. art.

Ad x. dicendum, quod facere malum, ut ex dictis patet, nullo modo bonis competit, unde facere malum pro bono in homine repraesentabile est, nec Deo potest attribui, sed ordinare malum in bonum, hoc non contrariatur bonitati, & ideo permittere malum propter aliquod bonum inde eliciendum Deo attribuitur.

Ad xi. dicendum, quod quis videatur nobis, quod omnia equaliter bonis & malis accidant ex hoc, quod nescimus qua de causa divina providentia singula dispensat: non est tamen dubium qui in omnibus bonis & malis, quae eveniunt siue bonis, siue malis, sit recta ratio secundum quam divina providentia omnia ordinat. Et quia eam ignoramus, videtur nobis, quod inordinate & irrationabiliter eveniunt.

ARTICVLVS V.

Utrum actus humani providentia regantur.

1. par. q. 22. art. 2. Cap. 26. 28. & 29.

**Q**UINTO quaeritur, utrum humani actus providentia regantur. Et videtur quod non, quia ut dicit Damascenus in 2. lib. quae in nobis sunt non providentiae sunt, sed sunt nostri lib. arb. sed actus humani dicuntur, qui sunt in nobis. ergo ipsi non cadunt sub divina providentia.

¶ 2. Præter. Eorum quae sub providentia cadunt, quanto aliqua sunt nobiliora, tanto digniori modo providentur: sed homo est nobilior insensibilibus creaturis, quae semper cursum suum tenent, nec exeunt a recto ordine, nisi raro: hominum autem actus frequenter a recto ordine deviant, ergo humani actus providentia non reguntur.

¶ 3. Præter. Malum culpae est maxime odibile Deo: sed nullus puides illud quod maxime ei displicet, permittit propter aliquid aliud, quia sic absentia illius alterius ei magis displiceret, ergo cum Deus permittat in humanis actibus mala culpae accidere, videtur quod humani actus providentia eius non regantur.

¶ 4. Præter. Illud quod dimittitur sibi non gubernat: sed Deus dimittit hominem in manu consilij sui, ut dicitur Eccl. 2. ergo humani actus providentia non reguntur.

¶ 5. Præter. Eccl. 9. dicitur, vidi neque velocitatem cursuum, neque fortitudo bellum: sed tempus casumque in omnibus, & loquitur de actibus humanis: ergo ut quod humani actus casu aguntur & non gubernentur providentia.

¶ 6. Præter. In his quae providentia aguntur diversa diversis attribuuntur: sed in rebus humanis eadem bonis & malis eveniunt. Eccl. 9. universa aequae eveniunt iusto & impio, bono & malo, ergo res humanae providentia non reguntur.

**SED CONTRA**, Matth. 10. dicitur. Vestri autem capilli omnes numerati sunt, ergo & minima in humanis actibus divina providentia ordinantur.

¶ 2. Præter. Punire & praemiare & praeccepta dare, sunt providentiae actus, quia per huiusmodi quilibet provisor subditos suos gubernat: sed Deus haec omnia circa humanos actus agit, ergo humani actus divinae providentiae subdantur.

**RESPON.** Dicendum, quod sicut prius dictum est, quanto aliquid est propinquius primo principio, tanto nobilior sub ordine providentiae collocatur: inter omnia vero alia spirituales substantiae magis primo principio appropinquat, ut & eius imagine insignite dicitur, & ideo a divina providentia non solum consequuntur, quod sint provisae, sed etiam quod puidant: & haec est causa, quare praedictae substantiae, habent suorum actuum electionem, non autem ceterae creaturae, quae sunt provisae tantum & non sunt providentes,

**F** providentia autem, cum respiciat ordinem in fine oportet quod fiat secundum regulam finis: & quia primis providens ipsemet est sicut providentiae finis, habet regulam providentiae sibi coniectam: unde impossibile est ut ex parte ipsius alius defectus incidere possit in provisum ab ipso, & sic non est defectus in ipso, nisi ex parte provisorum: sed creaturae quibus providentia est communicata, non sunt fines suae providentiae: sed in alium finem ordinantur, scilicet Deum, unde ordinantur secundum quod rectitudinem suae providentiae et regula divina fortitudo. & inde est, quod in eorum providentia accidere potest defectus, non tamen ex parte provisorum, sed et ex parte providentium: secundum quod aliqua creatura magis inhaeret regulae primae providentiae, secundum hoc firmiorem rectitudinem habet ordo providentiae ipsius. Quod ergo homini creaturae deficere possunt in suis actibus & ipsae sunt causa suorum actuum, inde est quod eorum defectum rationem culpae habent, quod non erat de defectibus creaturarum incorruptibiles sunt, & secundum individua etiam individua sunt propter se provisae. & ideo defectus, qui in eis contingunt ordinantur in peccata vel similia, secundum quod eis competit, non autem solum secundum quod ad alia ordinantur. & inter has creaturas est homo, quia eius forma, scilicet anima est spiritualis creatura, a qua est radix humanorum actuum, & a qua corpus hominis ordinem ad immortalitatem habet, & ideo humani actus sub divina providentia cadunt hoc modo, quod ipsi provisores sunt suorum actuum & eorum defectus ordinantur secundum quod competit eisdem, non solum secundum quod competit aliis, sicut peccatum hominis ordinatur a Deo in bono eius, ut cum post peccatum resurgens humilior redierit, vel saltem in bono quod in ipso sit per divinam misericordiam, dum pro peccato punitur: sed defectus in aliis creaturis contingentes ordinantur solum in id, quod competit aliis, sicut corruptio huius ignis in generationem illius aeris, & ideo ad designandum hunc speciem providentiae modum, quo Deus actus humanos gubernat, dicitur sapientia secundo, cum reverentia disponit non.

**G** quod est magis bonum, & ideo magis vult praecertiam magis boni, quam absentiam minus mali: quod & absentia mali quoddam bonum est, ideo ad hoc quod aliqua bona maiora eliciantur, permittit aliquos quos in mala culpae cadere, quae maxime secundum genus sunt odibilia: quamvis unum eorum sit ei magis odibile alio. unde ad medicinam vnius permittitur, quandoque cadere in aliud.

**H** humani actus sub divina providentia cadunt hoc modo, quod ipsi provisores sunt suorum actuum & eorum defectus ordinantur secundum quod competit eisdem, non solum secundum quod competit aliis, sicut peccatum hominis ordinatur a Deo in bono eius, ut cum post peccatum resurgens humilior redierit, vel saltem in bono quod in ipso sit per divinam misericordiam, dum pro peccato punitur: sed defectus in aliis creaturis contingentes ordinantur solum in id, quod competit aliis, sicut corruptio huius ignis in generationem illius aeris, & ideo ad designandum hunc speciem providentiae modum, quo Deus actus humanos gubernat, dicitur sapientia secundo, cum reverentia disponit non.

**I** ad primum ergo dicendum, quod verbum Damasceni non est intelligendum hoc modo quod omnia quae sunt in nobis, id est in electione nostra a divina providentia excludantur: sed quia non sunt per divinam providentiam ita determinata ad unum, sicut ea quae libertatem arbitrij non habent.

**A**d secundum dicendum, quod res naturales insensibiles providentur solum a Deo, & ideo ibi non potest accidere defectus ex parte providentis, sed solummodo ex parte provisorum: humani autem actus possunt habere defectum ex parte providentiae inventum, & ideo plures defectus & inordinationes inveniuntur in humanis actibus, quam in naturalibus actibus. Et tamen hoc quod non habet providentiam suorum actuum ad nobilitatem eius pertinet, unde multipliciter defectuum non impedit, quin homo nobiliorem gradum sub divina providentia teneat.

**A**d tertium dicendum, quod Deus plus amaret quod est magis bonum, & ideo magis vult praecertiam magis boni, quam absentiam minus mali: quod & absentia mali quoddam bonum est, ideo ad hoc quod aliqua bona maiora eliciantur, permittit aliquos quos in mala culpae cadere, quae maxime secundum genus sunt odibilia: quamvis unum eorum sit ei magis odibile alio. unde ad medicinam vnius permittitur, quandoque cadere in aliud.

AD QVARTVM dicēdū, quod Deus dimisit hominē in manu cōsiliij sui, in quātum constituit eū, propriōrū actuum prouisorum: sed tñ prouidentia hominis de suis actibus, non excludit diuinam prouidentiam de eisdem, sicut neq; uirtutes actiōe creaturarum excludunt uirtutem actiōum diuinam.

AD QVINTVM dicēdum, q̄ quāuis multa in humanis actibus casu eueniant, si considerent inferiorē causā, nihil tñ casu euenit, si consideret diuinā prouidentia quā omnibus praeeminet: hoc ēt quod tam multa in humanis actibus accidunt, quorū cōtraria debent accidere, quod vñ consideratis inferioribus causis, ostendit quod vñ diuina prouidentia gubernatur, ex qua contingit quod frequenter potentiores succumbunt: ostenditur enim per hoc quod victor magis est ex diuina prouidentia, quam ex humana uirtute, & similiter est de alijs.

AD SEXTVM dicēdū, q̄ quāuis videat nobis q̄ oia & qualiter bonis & malis accidat ex hoc, q̄ nescimus qua de cā diuina prouidentia singula dispensat, nō est tñ dubiū quin in oibus bonis & malis, q̄ eueniant siue bonis siue malis, sit recta rō fm quā diuina prouidentia oia ordinat. Et quia eam ignoramus, videtur nobis quod inordinate & irrationaliter eueniant, sicut si aliquis intraret officinam fabri, videret ei quod instrumenta fabrilia essent inutiliter multiplicata, si nesciret rationem vtrū vnquoque, quorum tamen multiplicatio ex causā rationabili apparet ei, qui uirtutem artis intuetur.

ARTICVLVS VI.

*Utrum animalia bruta, & eorum actus diuinae prouidentiae subdantur.*

SEXTO quaeritur, utrum animalia bruta & eorū actus diuinae prouidentiae subdantur. Et videtur quod non: quia 1. Cor. 9. dicitur. Non est Deo cura de bobus. ergo neq; de alijs brutis, eadem ratione. ¶ 2. Præ. Abachuc. 1. dī. Numquid facies homines quasi pilces maris? & sunt uerba prophetae cōquerētis de p̄urbatione ordinis, quae vñ in humanis actibus accidere, ergo vñ quod actus irrationaliū creaturarum diuina prouidentia non gubernatur.

¶ 3. Præ. Si homo sine culpa puniret, & p̄na in eius bonum nō cederet, nō vñ quod res humanae prouidentia gubernarent: sed in brutis animalibus nō est culpa, neq; hoc quod quandoq; occiduntur in eorum bonum ordinatur, quia nullū est praeuium eis post mortem, ergo eorū uita prouidentia nō regit.

¶ 4. Præ. nihil regitur Dei prouidentia, nisi quod ordinatur ad finem, quem ipse intendit, qui non est aliud quam ipse Deus: sed bruta non possunt peruenire ad participationem Dei, cum non sint capacia beatitudinis. ergo uidetur quod diuina prouidentia non gubernentur.

SED CONTRA est, quod dī Matth. 10. q̄ vnus ex passeribus nō cadit super terram sine patre celesti.

¶ 2. Præ. Bruta animalia sunt digniora alijs insensibilibus creaturis: sed alia creatura cadunt sub diuina prouidentia, & etiam omnes actus ipsarum, ergo & multo magis bruta.

RESPON. Dicēdum, quod circa hoc duplex fuit error. Quidā n. dixerunt, quod animalia bruta non gubernantur prouidentia, nisi inquantū participāt naturam speciei, quae est a Deo prouisa & ordinata: & ad hunc prouidentiae modū referuntur oia, q̄ in sacra scriptura inueniuntur, quae videtur importare prouidentiam Dei circa bruta, sicut illud. Qui dat iumentis escam ipsorum &c. & iterum Catuli leonū

rugietes &c. & multa huiusmodi: sed hic error maximam imperfectionē Deo tribuit. nō enim potest esse, ut sciat singulares actus brutorum animalium, & eos non ordinet, cum sit summe bonus & bonitatem suam per hoc in omnia diffundens. vnde prædictus error derogat diuinae sciētiae subtrahens ei ordinationem particularium, in quantum sunt particularia. Vnde alij dixerunt, quod brutorum actus sub prouidentia cadunt & eodem modo sicut actus rationalium, ut nullum malum in eis accidere patiantur, quod non ordinet in bonū ipsorum. Sed hoc etiam longe est a ratione: non n. debetur p̄na, vel premium, nisi ei, qui habet liberum arbitriū. Et ideo dicēdū, quod bruta & omnes eorum actus cadunt etiam in singulari sub diuina prouidentia: non tamē eo modo, quo homines & eorū actus, quia de hominibus etiam in singulari est prouidentia propter se: sed singularia brutorum non prouident nisi p̄ aliud, sicut & de alijs creaturis corruptibilibus dictum est. Et ideo malum, quod in bruto accidit, nō ordinatur in bonū eius, sed in bonum alterius, sicut mors alicui ordinatur in bonum leonis, vel lupi: sed occisio hominis, qui a leone occiditur, non solum ad hoc ordinatur, sed principaliter ad p̄nā eius, vel augmentum meriti, quod per patientiam crescit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Apostolus non intendit vniuersaliter a cura diuina bruta mouere: sed quod Deus non hoc modo curat de brutis, quod propter bruta det homini legem, scilicet, ut eis bene faciat, vel ab occasione eorū abstineat: quia bruta in vltimū hominum facta sunt. vnde non sunt propter se prouisa, sed propter hominem.

AD SECVNDVM dicendum, quod in piscibus & brutis animalibus Deus hoc ordinavit, ut potentiora infirmiora subijciant absque alicuius demeriti, vel meriti consideratione: sed solummodo ad cōseruationem boni naturae. Et ideo admiratur propheta si hoc modo etiam res humanae gubernentur, quod est inconueniens.

AD TERTIVM dicēdū, q̄ in rebus humanis alius ordo prouidentiae requiritur, quā in brutis: vnde si ille ordo solus quo bruta ordinantur, in rebus humanis esset, res humanae improuise viderentur: sed tamen ille ordo sufficit ad prouidentia brutorum.

AD QVARTVM dicēdū, q̄ omnium creaturarū ipse Deus est finis: sed diuersimode. quarundā n. creaturarum dī esse finis inquantū participant aliquid de Dei similitudine, & hoc est cōmune omnibus creaturis: quarundam vero est finis hoc modo, quod ipse creaturae pertingunt ad ipsum Deum per suam operationem, & hoc est solum creaturarum rationalium, quae possunt ipsum Deum cognoscere & amare, in quo eorum beatitudo consistit.

ARTICVLVS VII.

*Utrum peccatores diuina prouidentia regantur.*

SEPTIMO quaeritur, utrum peccatores diuina prouidentia regantur. Et videtur quod non, quia illud quod sibi relinquitur, non gubernatur ab alio: sed mali sibi relinquitur. Psal. 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorū &c. ergo mali per prouidentiam non gubernantur.

¶ 2. Præ. Ad prouidentia, qua Deus homines gubernat, pertinet, q̄ eis angelorum custodia adhibeat: sed angeli custodientes quandoque homines relinquunt, ex quorū voce hī Hier. 6. curauimus Babilonem & nō est curata. derelinquamus ergo eam. ergo mali diuina prouidentia non gubernantur.

Quaest. disp. S. Tho. SS 3 ¶ 3 Præ.